Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



hoc in loco ideo conscrip
simus: ut et legentium fi
dem custodiant et maio
rem apud posteros uigo
rem sui annotatione scrip
tis exhibeant. Igitur bea
tus othmarus primis
temporibus karoli patris kar
lomanni et pippini. a
waltrammo nobili ac
potente uiro ad eiusdem
karoli presentiam adductus
cellam sancti galli gubernan
dam suscepit: eiusque pos
sessiones per multa annorum
spacia in diuersis rebus
nobiliter augmentando di
latauit. Defuncto autem
karolo non post annos
multos filius eius karo
lomannus diuino ut puta
tur amore succensus omis
sis secularis pompe delici
is. germano suo pippino
regni gubernacula reliquit:
et primo sue rome in mon

te soracte apud ecclesiam
sancti siluestri constructo
monasterio regularis uite
institutis libera colla sub
dicit: ac deinde in sam
niam prouinciam ob a
morem secretioris uite
succedens in monasterio
sancti benedicti quod est situm
in castro cassino. reliquum
uite tempus religiose con
uersando compleuit. At
uero pippinus pater ka
roli imperatoris per aucto
ritatem sancti stephani ro
mani pontificis deposito
ac detonso rege hilderico
anno ab incarnatione
domini septingentesimo quar
to indictione. vii. exprefec
to palacii rex constitutus
solus francis cepit im
perare. His ita gestis pre
fatus waltrammus ad cu
ius possessionem cellulam
sancti galli quasi hereditario iure